





20

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>I</sup>O  
PHILOSOPHICA INAUGURALIS;  
DE  
**VI CORPORUM ELECTRICA.**

<sup>Q U A M</sup>  
ANNUENTE D<sup>E</sup>O TER OPT. MAX.  
*Ex Autoritate Magnifici Rectoris*

**PETRI VAN MUSSCHENBROEK,**

A. L. M. PHIL. ET MED. DOCT. ILLIUSQUE FACULTATIS,  
UT ET MATHESEOS, IN ACAD. LUGD. BAT. PRO-  
FESSORIS ORDINARI<sup>I</sup>,

NEC NON

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, & Nobilissimæ  
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ Decreto,  
PRO GRADU DOCTORATUS ET MAGISTÉRII,  
Summisque in PHILOSOPHIA & ARTIBUS LIBERALIBUS Hono-  
ribus & Privilegiis, rite & legitime consequendis,  
Publico ac solemni Examini submittit*

**WILHELMUS LOBÉ**, Elburgo-Gelrus.  
*Ad diem 5 Julii 1743. ab Hora 8. ad 10. Loco solito.*



LUGDUNI BATAVORUM,  
Apud SAMUELEM LUCHTMANS & FILIUM,  
*Academia Typographos. MDCCXLIII.*

238  
E5.  
26

RE ET ASSASSINIO SEMPER CONTINUO.  
QUAMDIU SPIRITUS HOS REGIT ARTUS, AMO  
AVCUNNASSIMO, PARTIR EBO OPTIMO, HIC HAI  
PURGIO CONFINTAR, MISTERIIS SEDISISSIMO,  
VERBI DIVINI, IN DECRESIA QUA CHRISTO ER  
A C M PHILOSOPHIA DOCTORI SUBTILISSIMO.

**PRO CERTA RVRVLLA VNGUICULATA MAGNETICA**

D. PETRO van MUSCHENBROEK

UNINDO. INNOVATAM NON COSENDO. PROSE  
EXOPTATISSIMO. QD AVARIA IN SE COLITATA BE-  
INTERGRIMO. PRACCPTIO ET PROMOTORI  
SCIENTIAS NOMEN EST. SOCIO. CONSTATO SUO  
BVRNUM ACADEMIAVM REGIARIUM. QVI BVRIS A  
RI. HOC TEMPORI RECCTORI MAGNIFICO. AV-  
IN ACADEMIA LUGDUNO. JAVAVA. PROESSO.  
LITERISQ; PRACTICATIS. UT ET MATHESOS.  
AN M THILOSPHYSIA ET MEDICINA DOCTORI.

May 22 1908 D. L. Smith  
Sparta, N. J.

THE LOST SUMMERS OF HELEN DODGE  
BY ROBERT MCOWEN

V I R O  
PIETATE ATQUE ERUDITIONE CONSPICUO  
D. GULIELMO LOBÉ.

A. L. M. PHILOSOPHIÆ DOCTORI SUBTILISSIMO,  
VERBI DIVINI, IN ECCLESIA QUÆ CHRISTO EL-  
BURGI COLLIGITUR, MINISTRO FIDELISSIMO,  
FACUNDISSIMO, PATRI SUO OPTIMO, FILIALI-  
QUAMDIU SPIRITUS HOS REGIT ARTÙS, AMO-  
RE ET OBSEQUIO SEMPER COLENDO.

N E C N O N  
VIRO CELEBERRIMO, CLARISSIMO  
D. PETRO VAN MUSSCHENBROEK,

A. L. M. PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORI,  
ILLIUSQUE FACULTATIS, UT ET MATHESEOS;  
IN ACADEMIA LUGDUNO BATAVA, PROFESSO-  
RI, HOC TEMPORE RECTORI MAGNIFICO, VA-  
RIARUM ACADEMIARUM REGIARUM, QUIBUS A  
SCIENTIIS NOMEN EST, SOCIO, COGNATO SUO  
INTEGERRIMO, PRÆCEPTORI ET PROMOTORI  
EXOPTATISSIMO, OB VARIA IN SE COLLATA BE-  
NEFICIA NUNQUAM NON COLENDO, PROSE-  
QUENDO;

*Hanc Dissertationem ea, qua-*  
*rum, fidliter & decimpero* *par est, reverentia*

D. D. D.

WILHELMUS LOBÉ.

A U C T O R.

V I R O  
M A T T A E T A E M U N D I O L E C O S P I N G  
D I S S E R T A T I O H I L F O S G P H I C A  
I N A U G U R A L I S  
A L M I L I C A T I O N E D E C O R A T I O N E  
A V E R I D I V I N I N E C C I N I O N E O N A C H R O N O E  
T H O R I C O T T O G I A L U M I N A S I O N E  
L A C U N D E R A T I O N E , E T A D K O O N I O N E , T H I N I  
C U L C I O N I O N E N I T R A T E S H O C H N A T R A B I T A S  
I T T E C H O N I O N E B I M E R C O N I D O  
VI CORI ORUM ELECTRICA

T A X O C U L T U R A L I O C A R A C A T O  
D I

D. PETRO VAN MUSSCHEVELDORF.

q u i m i s u d e P o p u l i c e s , d u r s V i s E l e c t r i c e s c o l o g i e  
t u m l e c e g a n d e s p i e p e c , u c i n i b a p e m e , w , c u r u  
l p e c i e n e u m c o l u m p i o l e g u n u m i n P h y s i o l o g i e s q u a  
e t e n c e r , l e a l b o c h i l l o p i t m a r i s g e d u n e r e c c e  
z i l u m e i n a c e a t u n d e p a c i d u n e d e l i n c e t a m . W u r t e  
u i p r i u c i b i o u c i n e c p a t u g e p f e c t i c p a r t s , c u r t  
v i d e f a m b r e c a s h u m o d u m P p e c u o u e s u p o l e c r a t e  
g e c m i s e e x c h i l s , w u r t e v a l d e p a r d o x a n u p e  
u i p u n i s u c l e e c h u b e c , g e i a e o d u r a x i o n e u r a t e A n t o s t e p h i c n e s  
d u c c o u t u n n i g , n o n s u n i s t o c u n n e s c u n g s , d u r s u j o c i s u p e m a s o c  
c u l t u r e , l u p p i n i c c , l a c i c a n e s p i k e f a c , u p i g o l i s u d a p p y u c e a m  
p l e c m i t t a c , c u m i u c e s o b e e x c l i m a c u r o r u m u n t u l a m a p e l i n u , u e  
e l a s s i c a s u n a c e u r a , n i d a e i u a c e u r s i m o s i u c o u n e u r u : d u a m p i e t a  
p e c u D i s t r i c t u o n e p a b o i p e l e s d o o d a e n o n c o u n s a , t e g u p i s d u r a m  
p e c t e u p p e c u o u e s e x c l i c u d i s e c u n y o a , t u n y i g e c o u n y e p o a , l u p p i c c e  
l a t a s , g p d e f e r t u d e c l i p p e l o e x p e l i m e n t u , d u o g , t a p e t s g l u m u m  
p e c p i e d a s u m . I u c e t u n p i s l a c e m i p s s u n g s f e a c e . . . B , & C l o n -  
p a s p i n c u n d e f o r t e c o m m i l l e s i d u o c a , c i r u s i d e e n u m i o p o .

VI S E L E C T R I C A , t u m E L E C T R I C I . A S t u n n u b o u e n s p  
T e p g i a l o l i c e m a t u , t u n , s u d e n o n w o d o " H a v a t e " , t e g g u s q u i g u m u  
n u c o o p l e c a s t u n u t u , s u d e n o n w o d o " H a v a t e " , t e g g u s q u i g u m u



## DISSERTATIO PHILOSOPHICA

## INAUGURALIS,

D E

## VI CORPORUM ELECTRICA.

## § I.

**A**dmirandæ Proprietates, quas Vis Electrica corporum spectandas præbet, me impulerunt, ut, cum specimen meorum profectuum in Philosophia dare tenear, levi penicillo primaria & quæ recensissime inventa sunt de hac vi delinearem: Multa in principio me retinebant & absterrebant, cum videbam pauca admodum Phænomena posse clare & accurate explicari, multa valde paradoxa ingeni humani aciem effugere, & ideo maximos in arte Viros fese huc usque continuisse, non ausi ratiociniis cuncta, quæ in hoc themate occurruunt, submittere, judicantes præstare, ut historiam quasi physicam præmittant, cum interea ope experimentorum naturam aperiunt, ut ejus arcana inveniant, iisque inventis tuto ratiocinentur: quamobrem hac in Dissertatione hypotheses quoque non condam, sed ubi aquam hærere in phænomenis explicandis sentio, candide confitebor, sufficere ratus, fideliter si descripsero experimentum, quod semper firmum manebit datum. Interim ut his juvenilibus ausis faveat L. B., & erroribus hinc inde forte commissis ignoscat, etiam atque etiam rogo.

VIS ELECTRICA, tum ELECTRICI AS suum nomen ab *Elektro* sortitum fuit, quoniam primo hæc proprietas paleas ad se trahendi in eo observatum fuit, unde non modo Ἡλεκτρος, sed & Ἀεπαξ dictum fuit: *Elektrum* idem est, quod hodie *Succinum* vel *Ambra Flava* appellatur;

## 6. *Dissertatio Philosophica*

latur; quamvis plurima alia dentur corpora, in quibus eadem vis vel proprietas non tantum, sed & multo generosior animadvertisit, nihilominus hoc nomen olim inditum, cum omnibus hodiernis Philosophis retinebimus, & utraque voce promiscue uteamur.

Lubet Electricitatis Historiam breviter praetexere, quam nemo à me in hac juvenili ætate ab solitam exspectet, quippe ea tantum à Viris consummatæ doctrinæ perfici potest. Antiquitus, & quidem *Platonis* ævo, vim succini trahentem cognitam fuisse, affirmavit **STURMIUS** in *Physica Elett.* Tom. 2. pag. 1044, qua autoritate non bene video; apud Aristotelem mentionem virtutis Electricæ non inveni, huic tamen forsitan innotuit, cum *Theophrastus* novit, & **PLINIUS**, qui Aristotelem apprime legit & excerpit, Lib. 37. Cap. 3. *Histor. natur.* de succinis locutus tradit; ceterum attritu digitorum, acceptâ caloris animâ, trahunt in se paleas ac folia arida: *Æliano* ac *Solino* perspectam fuisse vim ex eorum operibus constat. Sed an in plurimis corporibus similem alli-ciendi vim, præterquam in Sagdoggemina, & secundum Philostratum in Pantarbe alias lapides trahente, detixerint Veteres me latet, ut & quinam fuerint primi, qui rerum usu & experientia Vim Electricam nunc in his, nunc in aliis corporibus edocti fuerint & adnotaverint: Id saltem constat, **MERCATUM** in Belemnitis Vim Electricam quoque notasse, uti tradidit in *Metallo Theca Vaticana* Pag. 280. Post hunc **GASSENDUS** paucorum aliorum corporum electricorum mentionem fecit in *Phys. Sect. 1. Lib. 2.* Verum summopere hoc Electricitatis Thema promovit Experientissimus **GILBERTUS**, qui in elaboratissimo opere de *Magnete Lib. 2. Cap. 2.* plurima enumerat corpora, in quibus Vim Electricam primus eruit, uti præter Succinum sunt Gagates, Adamas, Sapphirus, Carbunculus, Iris Gemma, Opalus, Amethystus, Vincentina, Bristolla, Beryllus, Crystallus, Vitrum, ex vitro Adulteratae Gemmæ, Vitrum Antimonii, Fluores plurimi ex fodiinis & Belemnites; Sulphur, Mastix, Cera dura sigillaris, Arsenicum, Sal Gemmæ, Lapis specularis, Alumen repeum: deinde enumerat alia, in quibus Vim Electricam suscitare non potuit. *Gilberti* inventis usus fuit **KIRCHERUS**, qui in opere de *Magnete Lib. 3. Cap. 3.* & postea in *Mundo subterraneo* quedam de Vi Electrica adnotavit, nequaquam autem tantopere hanc scientiæ partem promovit quam *Gilbertus*. Plurima subtilia rotiocinia de hac vi pertexuit **DIGBÆUS** in *Oratione de pulvere sympathetico*. Deinde **OTTO GUERRICKIUS** in *Experimentis de varuo* pag. 197. multa experimenta instituit cum globo sulphureo, quæ scientiam de Electricitate multo longius promovere potuissent, si quo pede erant incepta, producta fuissent. Eodem fere tempore *Gilberti*

## DE VI CORPORUM ELECTRICA.

berti inventa ad incudem vocaverunt Experientissimi FLORENTI-  
NI Academiam del Cimento componentes, hi parcissime ratiocinan-  
do, & in longe pluribus corporibus pericula faciendo, non exiguum  
huic Thematì incrementum attulerunt; eadem vià perrexit Clarissimus  
**MUSSCHENEROEKIUS**, (cujus institutionibus omnes, quos  
in Philosophicis fecerim progressus, grato lubentique animo debeo,  
ac semper debebo) Qui nuper *commentariis*, quos *Florentinis Tentati-*  
*nibns* addivit, nonnulla alia corpora, nondum explorata & Vi E-  
lectrica prædita, enumeravit. Deinde Magnus BOYLEUS eluxit,  
qui variis temporibus, diversissima methodo, Electrica Corpora ex-  
minavit, cujus industriae Physica plurimum deberet.

Hæc elapsa peracta sunt seculo, nunc ad nostrum pergamus, quo  
primum occurrit FRANCISCUS HAUKSBEJUS, Britannus,  
qui diversissimâ, sumtuofâ & novâ Methodo in Electricis corporibus  
instituit pericula, quæ partim inseruit *Philosophicis Transactionibus*  
N. 308. & 309. verum prolixius in elegantî opere omnia collegit  
descriptisque, cui *Experimenta Physico Mechanica* nomen est. Deinde  
Illustris SENDELIUS in *Libro de Electro* post HARTMANNUM  
pulcerrima & nova instituit pericula, quæ etiamsi solum Electricum  
spectant, nihilominus multum lucis Virium Electricarum cognitioni  
attulerunt, adeo ut opus, quod *Eletrologia* appellatur, cedro dig-  
num judicaverim. Post hunc duo magna lumina prodierunt, quo-  
rum alterum in Anglia STEPHANUS GRAYUS, alterum in Gal-  
lia DU FAYUS hoc thema multo plus promoverunt, quam ab an-  
tiquissimis usque temporibus promotum fuerat: Hi solertissimi Philo-  
sophi stupenda Experimenta, summâ dexteritate capta, sagacitate di-  
vinâ inventa descripsérunt in *Philosophicis Transactionibus* variorum  
*Annorum* N. 366. 417. 422. 431. 436. 439. 441. 444. tum in *Aca-*  
*demiæ Parisiæ diversis monumentis annorum* 1733. 1734. 1737. In-  
terea quoque CL. SCHILLINGIUS nonnullorum corporum Vim  
Electricam detexit, inventaque *Actis Berolinensis* inserenda curavit.  
Nuperime magnam huic Doctrinæ lucem affudit incomparabilis  
Britannus ad Physicam promovendam ac illustrandam natus, Vir E-  
ruditissimus JOH. THEOPH. DESAGULIERIUS, ut & Grayi  
vestigia premens prudentissimus GRAVIL WHEELERUS in  
*Transactionibus Philosophicis* N. 453. 454. 462. Adeo ut Vis Electri-  
ca hodierni temporis sit celebratissimum Thema, quod magno ardore  
a nonnullis excolitur Philosophis.

En brevem à me concinnatam Historiam, quam enucleatus elabora-  
tam Nob: DU FAYUS dedit in prima sic dicta Memoria quæ in  
*Actis*

## DISSERTATIO PHILOSOPHICA

*actis Parisinis anni 1733 habetur; cui addantur quæ CL: DESAGULIERIUS in opusculo tradidit, quo præmium in Gallia reportavit, utpote qui præterito anno optime de Vi Electrica meruit scripsitque.*

§. 2. Est Electricitas nonnullorum corporum proprietas, qua postquam manu perfricta, cusa vel icta sunt, aut fusa, calefacta, vel quacunque alia actione affecta sunt, vim acquirunt ad se alia exilia & levia corpora alliciendi, aut a se repellendi, quæ sensibili intervallo, ab una quarta pollicis parte ad tres pedes interdum vel longius, a se distant.

Dico esse nonnullorum corporum proprietatem, non vero omnium, quamvis forte omnibus sit communis, nam observatur Electricitas in omnibus exploratis corporibus ex triplici regno petitis, exceptis Metallis, Gummi aquosis, omnibus aquâ humentibus, humoribusque aqueis, Glutine Taurino, paucisque aliis corporibus, quæ aliquantum calefacta incalescent: In hisce enim nullus Philosophorum ulla arte hucusque Vim Electricam suscitare potuit, absit tamen ut concludam fuscitari idcirco non posse, cum noverim plurimorum Electricorum Experimentorum successum à minimis pendere circumstantiis, imo adeo intricatis, subtilibus, compositis, aciem ingenii superantibus, ut magis fortunæ, quam hmanæ prudentiae plurima attribuenda sint. Id aliquo eventu ostendam; tenuissimum filum ligneum, album, siccum pendulumque à Vitreo Tubo allici videram, cum autem filum non rectè pendebat, prout volebam, hoc filum inter pollicem & digitum indicem aliquoties trahebam, cum tamen sic voti compos non siebam, salivâ humectabam digitos, atque per eos tum filum aliquoties trahebam, quod salivâ sic humectatum nullo modo à Vitreo Tubo alliciebatur; miratus Phænomenon traxi idem filum per linteum purum, sincerâ pluvâ humectatum, id nequidem bis feceram, quin optime à Tubo nunc collectum fuerit; ecquis tam subtilem circumstantias, quæ sunt in saliva & pluvia pura, tantum discrimen in Experimentis inferre posse, suspicari auderet, uno liquore digitorum Electricitatem servante, altero impediente? forsitan à subtilioribus circumstantiis pendebit vis Electrica Metallorum. Imo incidit in Mentem, quomodo Philosophi nonnulli explorare volentes, an vis Electrica transiret per tegmina rarissima, sericea, linea, lanca, chartam, lignum aliqua amplis periusa foraminibus, criborum instar, corpora, adscruerint, Vim Electricam per hæc rariora non transire, quæ tamen tranaret densiora corpora, veluti Vitrum, ceram figillatoriam, sulphur aliqua similia; sed hos, etiamsi subtilissimos Viros & me multo prudentiores deceptos fuisse nihilominus

## DE VI CORPORUM ELECTRICA.

5

suspicioꝝ & tantum à methodo, qua capta sunt experimenta, nam memorata tegmina circa trochos ligneos tetenderunt, tabulae que ligneæ imposuerunt, ab altero tegminum latere posuerunt filum pendulum, è cuius motu Vim transisse vel non transisse judicarent, dum ab altero latere Tubum Electricum tenuerunt, cum vero nullus in filo motus conspiciebatur, Electricitatē non pertransire affirmatum fuit, Verum si hi Præstantissimi Viri suspendissent memorata tegmina ex chordis intestinorum, vel imposuerint trochos vaseulis Myrrhinis, vidissent Vim Electricam per tegmina memorata non modo perreperi, sed & per asperos ligneos, lamellas metallicas, lapides marmoreos & alia quæcunque eorum ora meare. Hujusmodi Experimentorum eventus me adeo sollicitum fecerunt, ut vix quædam stabilire vel affirmare aut negare de Electricitate audeam, prævidens ingentes errorum montes, quos evitare quidem cupio studeoque, sed id impetrare nequeo, præcipue, quoties intueor monita principis in philosophia experimentali Viri JOH. THEOPH. DESAGULIERII, dicens in sua elaboratissima Dissertatione de *Vi Electrica* pag. 30. Quanda consideramus diversas circumstantias nonnullorum electricorum experimentorum, videtur species cuiusdam pervicacie dari, vel aliquid inexplicabile in his phænomenis, quod certis regulis adstringi non possit, quippe experimentum, quod saepissime feliciter succedit, interdum respuit successum, immo contrario eventu contingit, etiamque circumstantie simillimæ apparetur. Verum nullus dubio, quin hoc oriatur a circumstantiis, quorum subtilitas nostram aciem eo tempore effugit, vel ab inadvertentia nostra, quod non sollicite omnia perspicimus. Interim Electricitas deprehensa fuit in Lignis & Vegetabilibus siccissimis, in Oſſibus, Cornu, Balæna, Pergameno, Corio, Serico, in Conchis, Lapidibus, Gemmisque diversis & Marmore, Vitro albo, Resinis, Sulfure, Salibus, &c.

§. 3. Omnia corpora, quæ aliqua affectione in §. 2. enumerata, evadunt Electrica, vocantur *Electrica per ſe*, alia dicuntur *Non Electrica*, ſed omnia corpora, nullis niſi flammæ exceptis, sive Electrica per ſe, ſive non Electrica, fieri poſſunt *Electrica per Communicatiōnem*, quotiescumque corpus Electricum factum, prope aliquod corpus non Electricum tenetur; Idecirco Omnia Metalla, Lapiſes, Glutina aquosa & humentia Vira Electricam ab alio corpore accipere poſſunt, eaquo accepta pari fere pacto operari in alia corporicula, ea alliciendo vel repellendo, ac ſi Electrica per ſe forent. Quemadmo- dum Nth DU FAYUS & DESAGULIERIUS quamplurimis ex-perimentis eruerunt & demonstraverunt.

B

§. 4.

§. 4. Omnia *Electrica per se* nec æque facile redduntur *Electrica*, nec eundem Vigorem accipiunt, sed nonnulla facilis, alia difficultius; illa majorem Vim acquirunt; alia minorem: Inter pretiosos Lapidés eminet Adáinas candidus, Polygonus, Succinum, Sulphur, inter artificialia Vitrum album Britannicum; inter ferinas pelles generosiores sunt pili duriores, dorso canis felīvē infidentes; Gummi Copal, Cera Hispanica sigillatoria rubra. Quia autem in usus physicos cylindri comodissime fieri possunt ex Vetro albo & Cera sigillatoria, potissimum hisce corporibus ambobus usi fuerunt Philosophi, quotiescumque proprietatem Electricitatis exploraverunt, similibusque Cylindris trium pedum longitudinis, diametri sesqui pollicis summum cum voluptate usus etiam fuit: Cylindrus Vitreus est Tubus utrimque apertus, sed Cereus est solidus. Interim non nisi post vehementem calefactionem ad vim Electricam ostendendam reduci possunt Lignum Guajacum, Buxi & Vegetabilia quæcunque, quia debent esse siccissima, cum autem brevissimo tempore humorem imbibunt, Electricitati noxiū, debent prius vehementer calefieri, tum Ebur, Cornu, Os, Balena, Conchæ, Corium, Pergamenum, Lapidés, Marmor, imo & Hæc nunquam Vim magnam ostendunt. Sunt quæ si plus caleant ovo incubato, antequam fricentur, debiliorem vim electricam etiam ostendunt, quam si frigidiora fuerint, veluti sunt omnes Resinæ & Sulphur. Imo *cl.*: SENDELIUS tradit, se supra carbones Succini glebam calefecisse, eamque ramenta, quibus admovebatur, durante calore allicuisse: Deinde Succinum supra flammam calefecit, tum quæ pars à flamma contacta fuit, nihil allicuit, attamen pars Succini candida, quæ parti ignitæ proxima fuit, vim Electricam ostendebat.

§. 5. Ab Electricis Corporibus, postquam in iis Vis Electrica suscitata fuit, alliciuntur & repelluntur omnes generis corpuscula tenuia, levia, ex lia, quæ causam non admodum fortē, ut moveantur, posulant, uti jam suo tempore à Succino fieri SENDELIUS animadvertisit. Pulcerrime ejusmodi allæctiones & repulsiones conspicuntur in Metallorum tenuissimis bracteis, quæ deaurandis corporibus inserviunt, in arenis, lignorum rasuris, palea, exsiccat's arborum foliis attenuatisque, in pulvere succini, crinibus, telis araneæ, laneis & sericeis filis, subalaribus plumis, cineribus, mercurii guttulis, glacie rasa nivisque flocculis, guttis aquæ & vini spiritus; quippe hæ guttæ quiescentes ab Electro supra positio in spumam fere elevantur, &c, si pulvere farinæ conspersæ fuerint, clarissime, quantum afficiantur ostendunt. DESAGULIERIUS arctum scyphum vitreum aquâ implevit, Electricum Tubum proxime admovit, vidit tum aquam in

## DE VI CORPORUM ELECTRICA.

11

exiguum monticulum adscendisse, præcipue ad vasculi superficiem interdum monticulus sub forma jactus exilissimi ad Tubum elidebatur, quem madefaciebat, aslurgens aqua formam coni induit, cuius axis interdum est horizontalis, ad Tubi axin parallelus. Si tenuissimus ex fonte expellatur jactus non magno cum impetu, prope quem Tubus Electricus teneatur, jactus ad pedis distantiam à Tubo allicetur, siue Tubum contigerit, ei sub vaporis forma adhærebit, penitus destruetur. Ex quibus nonnullorum Veterum, præcipue *Alex. Aphrodisiæ*, patet error, qui Succinum omnia levia, prater Ocumum, aut ea quæ oleo tintæ sunt, nescio quo Antipathiæ diffensu attrahere dixerunt: KIRCHERUS ideo in *Mundo Subter. part. 2 lib. 8. Cap. 5.* asserit, se centies in conspectu Multorum Ocumum succino, nec secus ac quaslibet alias reculas, sive paleas, sive festucas, etiam oleo & pinguedine tintas, sine ulla difficultate aut resistentia attraxisse. Sed eundem errorem expunxerat quoque GILBERTUS in *Liber. de Magnet. Lib. 2. Cap. 2.*

Non autem perinde est quibusnam excipulis memorata corpuscula imponantur, sed docuit experientia, hæc optimo consilio imponi patinæ vitræ siccae, mundæ, & aliquantum calenti, vel chartæ siccae, quæ in vitrea patina jaceat, quippe si ligneæ tantum imponantur tabulæ, Vis Electrica nimis distribuitur per totam tabulam & adjacentia corpora, & pigrius in memorata corpuscula, quæ allicere vellemus, operatur. Interim notatum velim, fumum candelæ efflatæ quoque allici, quemadmodum BOYLEUS prodidit, non vero flamman, uti suo tempore invenerat KIRCHERUS. SENDELIUS, qui in Succino experimenta fecerat, addidit, fumum illum à Succino unâ saltem vice allici, perdique adeo post primam allæctionem Vim Electricam, cum fumus postea rectâ sursum terri pergat, sive Electricam Glebam sine intervallo in fumo adscendente quis teneat, sive post intervallum aliquod eidem rufus applicet; quod si autem Succino adherentem fumum abstergeamus, redibit Vis pristina Electrica, quod ter quaterve spectari potest, caute abstergendo fumum & non fricando Electrum. SENDELIUS etiam exploravit, an à Succino animalcula viva allicerentur, id difficulter fieri invenit, quia animalcula pedum suorum cuspidibus, asperitatibus pilisve sese poris corporum infiunt, scabré superficie adnectunt, atque adeo fortius se retinent, quam ut à Vi Electrica tolli & abripi possint; ideireo animalcula in dorsum sunt convertenda vel vulneranda, ut se tenere amplius nequeant, muscæ amputandi sunt pedes, ut & culicibus, pulicibus pediculisque, tum vero facile ab Electro alliciuntur.

B 2

DE-

**DESAGULERIUS** in *Phil. Trans.* No. 454. ostenderat, flammam à Tubo Vitreo perfricto non allici, quamobrem investigandum duxit, ad quam usque à flamma distantiam Vis Electrica perfraret, cum in propiori vel periret destructa vel dispergeretur: quā in finem ex fune horizonte iter tenso sustentoque à duabus chordis, suspendit candelabrum cum ardente sebacea candela, dein alteri extremo funis Tubum frictione Electricum applicuit, & tenuissimi fili ope ex bacillo penduli exploravit, quānam partes candelabri evaserant Electricæ, inventis totum candelabrum electricum esse, ut & candelam, exceptis partibus duos tresve pollices à flamma distantibus, verum extinctāflammā, tota candela, imo & pars eminens cotonei, evasit electrica: idem fuit experimenti eventus cum candela circa, nisi quod in hac Vis Electrica magis à flamma absuerit.

Quoniam Vis Electrica in quounque hactenus invento corpore fuscata, tantum exilia & levissima corpora movere potuit, patet Vim Electricam esse imbecillum, & non comparandam cum V. Attractione corporum, nec cum Vi Magnetica; scio equidem KIRCHERUM in *Mundo subter*: dixisse, Succinum non tantum levia quævis, sed & ponderosissima omnis generis metalla, ferrum, aurum, argentum, plumbum decem & viginti librarum, ligneos baculos, hastas, chirothecas Succini frusto se attraxisse. Verum ne quis in errorem se conjici à Kirchero patiatur, monebo tantum ex modo quo captum fuit experimentum tam gravia corpora potuisse moveri: quippe quæ ex filo pendentia & in medio librata, à Succino converti potuerunt, ad quam conversionem vis admodum exigua sufficit, imo eam duæ vulgares muscae conversionem facile efficere potuissent.

§. 6. Ex multis etiam edocti sumus experimentis, ea corpora ab Electricis fortissime allici & repellendi quæ non sunt Electrica per se, aut in quibus imbecillis Vis Electrica tantum magno molimine excitari potest, ideo bractæ metallicæ, quæ Electricæ per se non sunt, longe vehementius ad Tubum perfrictum advolant & repelluntur, quam corpora quæ per se Electrica sunt, & præcipue quæ egregiâ vi gaudent, uti sunt Vitrum, Succinum, Sulphur, Cera sigillatoria: Nob. FAYUS circa virgam ferream, ex filis sericeis pendentem, suspendit æque longa fila linea, lana, sericea, cotonea, quæ singula à se intervallo 6 pollicum distabant, admoto virgæ Vitreo perfricto Tubo extremitates ambae fili linei magis à se recesserunt, quam fili cotonei, & haec plus quam sericei, haec tamen plus quam lanei, adeoque non vi æquali aguntur omnia corpora quæ ab Electricis afficiuntur. DU FAYUS quoque varios lemniscos sericeos ex bacillo suspendit, diversis erant tinti coloribus,

ribus, cæteroquin sibi similes, cum iis omnibus Tubum Electricum oppoluisset, vidit æquali vi hos non fuisse allictos, nam fortissime allicitur Lemniscus niger, minus qui albo suffictus erat colore, omnium debilissime ruber, intermedia quadam vi alliciebantur, qui aliis coloribus erant imbuti: Non autem discriminem Electricitatis pependit à colore, tanquam colore, sed modo ab iis corporibus, quæ in tintura soluta & extrinsecus superficiebus Lemniscorum obducta fuerant, veluti experimenta ope prismatis capta *Du Fayum* docuerunt, nisi varius mador Lemniscorum inter causas censendus sit, uti *Desagulierius* suspicatur.

§. 7. Corpora, quæ alliciuntur ab Electricis, eo tempore quoque evadunt Electrica, etiamsi per se sola non fiant Electrica, hæc itaque jam sunt *Electrica per communicationem*, hoc modo aquam in lignea patina electricam evasisse, eamque fila, pilos, aliaque exilia corporula allicuisse vidit STEPHANUS GRAYUS.

§. 8. Quotiescumque in corporibus per te Electricis, sed nondum Electricis, vim excitare volumus; velut in Tubis Vitreis. Ceræ Sigillatoræ Cylindris vel Succino, oportet ut prius aliquantum ante focum calefcant, eorum superficies mundetur, siccetur, tum vehementissime, celerrime & diu fricentur manu purâ hominis & siccâ & durâ, quo homo est macilentior duriorque & manu fortior, eo majores vires in Tubo aliisque Electricis frictione suscitare poterit; si autem manibus sudantibus, humentibus, impuris fuerint peractæ frictiones, Tubus edet sibilum inter fricandum, tum quæ nunquam feliciter Vis Electrica producetur; quoniam autem hujusmodi homines, ac hic desiderantur non semper sunt præsto, cum experimentis instituendis operam damus, poterimus induere chirothecas manibus sudantibus, chirothecæ optimæ sunt laneæ siccissimæ & calentes, vel ex corio, linteo, charria, cotoneo, plumis, villo. modo corpora capiantur mollia & siccissima, non enim valent dura & aspera, uti Ligna, Metalla &c. Si autem superficies corporum humectentur aquâ, vel perfricentur oleosis, inutiliter sudamus agitando Electrica, ut Vim suam hæc exserant. Operæ præmium erit hic adnotasse quæ SENDELIUS memoriae prodidit in *Electrologia*: Ceperat Succini vegetam probeque politam glebam, hæc trita promte chartulas alliciebat, tum manu guttam unam alteramve Olei Amygdalini infudit, Succinumque iterum in manu terens, superficiem ejus obliniebat verum tum nulla videbantur allictionis signa; Electricitate quoque orbatum conspiciebatur Succinum, cum manui, in qua id fricabat, infuderat guttam olei stillatitii Menthæ, Majoranæ, Serpilli: sed hic parado-

xon occurrebat, quippe pinguedine è pede bovino excoctâ & liquida illiverat manum, Succinum eâ perfrictum perficit Electricum: an hoc quia erat oleum animale, præcedentia vero olea ex vegetabilibus desumpta? ecquis hoc determinabit, ut clare cognoscatur? Interim nonnulla alia experimenta cum succino instituta, qua diversos habuerunt effectus prodiderunt FLORENTINI in Teutam. Part. 2. Pag. 89. Quando tum cognoscere volumus, utrum corpora frictione longâ evaserint Electrica vel non, digitus moveatur prope Tubum, cum non attingendo, sed ab eo distando ad intervallum quartæ partis pollicis, si tum audiatur aliquis crepitus, haud ei absimilis, cum quis comam in lucernæ flamma leviter comburit, est indicium bonum Electricitatis generosæ, si vero nullus crepitus audiatur, Vis Electrica vel nulla vel imbecillis suscitata erit, attamen postquam sic exploratus est Tubus Vitreus vel Cylindrus, denuo aliquoties fricandus est, quippe digitorum prior exploratio magnam Electricitatis abstulit portionem; imo opinor convenire, ut, dum quis alterâ manu teneat Tubum, alterâ fricet, ultima frictio desinat, cum manus manum attingit, ne desinente frictione, cum manus fricans ad alterum Tubi extrellum pervenerit, vel vestis vel aliquid aliud Vim à Tubo abstractum, & nos in errores conjiciat, quales clarissimis Viris evenisse ex ea frictionis fine certo certius constat. Interim si in loco obscuro Tubum Vitreum, vel Cylindrum Ceræ Sigillatoriaæ fricemus, manifestam lucem digitos fricantes sequi & circumdare Cylindrum Ceraceum & Tubum videbimus, imo hinc inde avolabunt scintillæ igneaæ, adhærentes proximis corporibus.

§. 9. Docuit Experiencia, Vim Electricam felicissime excitari posse in corporibus Electricis, quando aër est siccissimus, imo tum eam diutissime perficere: quoniam vero in Belgio aër soleat esse humidus, excepta hyeme, cum acriter gelat & cœlum est serenum, idcirco in Belgio felicissime succedunt Experimenta Electrica hyeme, regnante acri gelo, flante Euro vel Subsolano, imo & aliis anni tempestatibus tum potissimum viget, cum Boreas flaverit siccus: contra aëre admidum humido, qualis est hyeme flante Zephyro vel Africo, vix conspicua reddi potest Electricitas, licet diutissime, & vehementissime Tubum perfriuerimus; quoniam aër aestate plurimis vaporibus inquinatur, saltem in Belgio, aestate nequaquam adeo feliciter succedunt Experimenta quam hyeme: Imo vidi locum, in quo aër ab halitibus plurimorum Spectatorum invaserat inquinatus humidusque, adeo fuisse ineptum experimentis Electricis, ut nullum successerit, imo ne quidem Tubus Vitreus generosus, utcunque calefactus prius & dein

per-

perficitus, vel levem plumulam allicere poterat: nam humidum aereum illico secum abripit Vim Electricam, & per aerem distribuit ac alia vicina corpora, cum solus purusque aer eam Tubo relinquit, vel parcissime aufert.

Novi sententiam viguisse ac si hyeme Vis Electrica fere siceret, ac si aestas & calor desiderarentur, veluti post Sendelium, Fayum aliquique statuerant, sed non congruere cum Experiencia sententiam addiscere ex GILBERTO potuissent Philosophi, qui plurimorum corporum vim Electricam videri posse clarissime monet, cum aër medio hyeme rigidus fuerit & clarus tenuisque, cum effluvia telluris Electrica minus impediunt & Electrica firmius indurescunt. Idem Romæ observavit KIRCHERUS & KESTLERUS; postea ex plurimis periculis novis longe accuratissimis idem denuo affirmavit DESAGULIERIUS, qui veritatis amantissimus Philosophus ideo hunc errorem excusavit, nisi in aliis regionibus aliae circumstantiae nobis ignoræ hic occurvant: Dixerat SENDELIUS, non dubito, quin poius expertus credo, calorem frictione cum succino communicatum, hyemis tempore & frigoris interventu perire citius, citius & perire & perdi Electricitatem, quam aestatis tempore: forte Regiomonti aer aestivus æque siccus est quam hyemalis, tum enim observatum Sendelii posset esse verum, cætero-quin clare video, tempestatis calorem & frigus nequaquam tantum dilicitem Electricitati inferre, quam siccitas humiditasve aeris afferre solet. Quoniam vero KIRCHERUS in opere de Magne Lib. 3. part. 3. pag. 569. & dein ejus Discipulus KESTLERUS in Physiol. Kircheri inter primos scripsierunt, tempus hybernum convenire Electricitati, hujus verba asteram. Tempus ejusmodi experimentis aptum conperio hybernum, aere frigido, claro serenoque, hoc enim Electrica quævis minus impediuntur, quod & de Borea, quovis tempore flante, sentiendum est; Auster enim uti udus & humidus est, ita ob aerem inspissatum minorem effictum præstat: Aer inspissatus non est causa jacture Electricitatis, sed vapores, qui tamquam totidem separata corpuscula vim Electricam a Tubo recipiunt brevissimo tempore omnem, adeo ut Electricitas ex tubo periisse videatur, qui tempore siccо satis diu in Tubo perstat; nam novi, cum praterito hyeme acriter gelabat celo sereno & spirante subsolano, Tubum Vitreum generosa Vi Electrica imbutum absque repetita frictione ultra horam semissim Electricum perstans, cum cælo uido nequidem minutis tempore vim retinuisse conspiciebatur: imo interdum ad duorum pedum distantiam Electricus Tubus aut Cereus Cylindrus allicit re-

pel-

pellitque, & semper ad majorem, quo aer sincerior vaporibusque defæcator fuerit; cum idem Tubus humenti celo tantum ad intervallo 2. vel 3. pollicum vim Electricam ostendit.

Quantam mutationem animæ efflatæ mador Electricis experimentis asserre possit, didici post alios, cum plumulam subalarem tenui bacillo impositam recipiente vitro texeram, Tubumque Electricum sursum deorsumque secundum recipientis longitudinem movebam, plumulaque conclusa, fibrillas à Vi Electrica moveri cernebam, simulac enim tum humentem animam inter Tubum & recipiens efflabam, considerunt in plumula fibrillæ, nec ullum Electricitatis indicium amplius animadvertebam, suspicabar quoque in principio me flatu vim Electricam abegisse, sed errorem cognoscebam, exhibito folle, quippe aeris siccii flatus, quem folle excitabam, in Vim Electricam non operabatur nec eam turbabat; ideo etiam nonnulla experimenta in aere aperto instituta, qualia §. 14. memorabo, non à vento mediocre turbantur, quemadmodum Viri Experientissimi GRAYUS & DU FAYUS invenerunt. Quamobrem humidi in aere vapores, qui Corpora per se Electrica non sunt, Vim Electricam illico abripiunt, disperguntque ocissime, quod sincerus aer non fecisset.

§. 10. Corpora quæ Electrica redduntur per Communicationem à corpore, quod est per se Electricum, repelluntur ab hoc, si libere avolare queant, postquam copiosam Vim Electricam receperunt, perguntae ab eodem repellit aliquandiu ad distantias varias, aliquando unius vel duorum pollicum, donec Vim hanc amiserint, sive eam communicando cum aere, vel cum aliis corporibus, tumque demum ab eodem corpore allieuntur, si id Electricum perfriterit, vel novâ frictione denuo Electricum factum fuerit. Id variis Experimentis probaverunt Nob. DU FAYUS & WHEELERUS. Facillime autem videri potest in plumula subalari levissima, quæ si opponatur Tubo Vitreo perficto, primum allicitur adhaeretque, elapo quodam tempore deinde excutitur à Tubo, natatque in aere, cui si Tubus appropinquet, aufugere perget plumula, propellique sic ad varios cameræ angulos pro arbitrio potest. Similis est eventus, si loco Tubi Cylindrum ceræ sigillatoriæ ceperimus, quippe hic perfictus etiam allicit primum plumulam, quam mox repellit, nantemque in aere dimittit, & repellere pergit, quamdiu Vis Electrica in plumula & Cylindro perstat. Simulac autem plumula ita in aere natans attingat aliquod corpus, quocum exemplo Vim Electricam communicaverit, sive natet in aere vaporibus referto, qui Electricitatem celeriter absorbent, jam orbata Vi suâ denuo allicitur sive à Tubo, sive à Cylindro

Ces

Cereo; perinde autem est sive plumula prius orbetur Vi Electrica, sive Tubus, quamobrem si madente spongia Tubum abluerimus, mox ad eum plumula ob motum advolabit, adhuc Vi Electrica gaudens.

WHEELERUS filum sericeum cæruleum, quatuor pedes longum horizontalem in situ tetendit, ex hujus medio alterum tenuerum filum lineum album suspendit, quod ex ansa libere pendebat, tum Tubum Vitreum & electricum in distantia pedis filo opposuit parallelo in situ, à quo filum septies octiesve allectum repulsumque fuit; verum postea Vim Tubi perpetuo in filum transfundere potuit; ut clarior foret effectus, quem in finem circa Tubi extremum ligavit funiculum, quem adnexuit ansæ fili, jam Tubi Vis Electrica per funiculum continuo transfundebatur in pendulum, quod ideo suâ extremitate aufugiebat Tubum, nunquam ab eo allectum: postea derivandam aliorum Vim esse censuit, apposuitque funiculo digitum totumque suum corpus, quamobrem pendulum filum, viribus immune, à Tubo alliciebatur, ac si solum fuisset. Ex eodem filo sericeo duo fila linea, alba, pedem longa, ex ansis ad distantiam dimidii pollicis à se suspensa fuerunt, tum Tubus Vitreus Electricus supra ea ad exiguum intervallum detentus fuit, exemplo filorum extremitates, quæ Vim Electricam receperant, à se recesserunt. Cum filorum extremitatibus adnectebantur plumulae, hæ à Tubo super filis detento magis à se recesserunt: quæ experimenta fuse ostenderunt quod asserueram.

Si vero corpus, quod per Communicationem redditur Electricum, alteri simili corpori adhæscrit, idque iterum aliis similibus, tum Vis Tubi Electrici efficiet, ut primum corpus ad se allicitur, adhæreatque continuo, nequaquam repellatur; Vis enim Electrica à Tubo exiens transfunditur ab uno in aliud corpus, nec primum corpus ambit solum. Ideo si plumulam suspendamus ex fune cannabino, qui annexus sit fornici, trabi, aliquique similibus corporibus, plumula à Tubo Vitreo Electrico allicitur, & allecta adhæret, quamdiu Vis in Tubo perstat. Si vero plumula filo sericeo longo, sicco, fuisset annexa penderetque, tum à Tubo Electrico allecta semel, mox repulsa fuisset, &c, diu suam Vim retinens, à Tubo abigi perrexisset, quia Sericum exiguum modo Electricitatis Vim in se recipere, nec eam procul deferre possit.

§. 11. Quemadmodum corpora, quorum unum erat per se Electricum, alterum factum Electricum per Communicationem se se repellunt, ut vidimus in §. 10, non secus duo corpora per se Electrica, & ejusdem speciei, se repellent, cum Vi Electrica prædicta sunt: Nam non videtur ullum

dari discrimen, quippe idem erit, sive corpus, per se Electricum, evaserit Electricum, sive Vim hanc ab alio simili acceperit. Nihilominus propositionem Experimento confirmandam judicavit WHEELERUS, qui partem Tubi Barometrici, pedem longi, ex filo cæruleo fericeo suspendit, & frictione reddidit Electricum; Tubum aliud Vitreum mox Electricum factum tenuit ad priorem parallelum, extemplo suspensus Tubus ab altero recessit. Sed aliud quoque Experimentum in eundem finem cepit: ex filo sericeo cæruleo suspendit tria fila sericea, coccinea, sibi contigaa, quodlibet bis terve inter digitum indicem & pollicem traxit, atque Vi Electrica imbuat, extemplo fila se repulerunt, Pyramidem formantia. Si plumula subalaris tenui eretoque bacillo infixo steterit, & Tubus Electricus non procul ab ea teneatur, omnes plumulae partes eriguntur, a se recedunt, radios veluti Sphæræ formantes, quippe quaelibet fibrilla Vim Electricam à Tubo nanciscitur, & ideo fibrilla vicinam quamlibet repellit, quod, in pilæ formam, ut plumula explicetur, facit; intorim plumula perpetuo suam Vim cum ligneo bacillo communicat, idcirco, remoto Tubo, ocyssime omni Vi Electrica orbatur, omnesque fibrillæ quasi in se concidunt, sed si Tubum Electricum pergamus in eodem situ retinere, & plumulam Vi Electrica imbuere, admoveatur digitus ab altero plumula latere, qui quoque Vim Electricam acquireret, idcirco plumula digitusque, eadem Vi imbuta sese repellent fugabuntque, quæ fugia manifesto videri potest; Sublato Tubo Vis aliquamdiu circa digitum perstat, avolat a plumula, & ideo ad digitum plumula allicitur, contrario prolsus effectu, ac primum observabatur.

§ 12. Vis Electrica in Omnibus corporibus non est eadem, sed diversa, quemadmodum ex phænomenis, quæ edit, manifesto colligi potest: primus Electricitatem diversam & duplice esse, alteram *Kiream*, alteram *Resinoam*, observavit Nob. D<sup>r</sup> EAY<sup>t</sup> S; discrimen hoc sequentibus experimentis colligitur.

Diximus §. 10. plumulam subalarem à Tubo Vitreo Electrico aliqui primum, deinde repellit, quamdiu Vis Electrica in Tubo plumulae perstat: si jam plumula, quæ Vim Electricam Tubi Vitrei receperit, natetque in aëre, mox Cylindrus Cerae Sigillatoriaæ Electricus factus ad pedum duorum distantiam à plumula tencatur, illico nictu oculi citius abripitur plumula, adhuc retque Cerae edens phænomenon contrarium ac Vitreus perficitus Tubus. Sed instituimus Experimentum, quod Crucis, Praef Newtoniana, vocarem, & in Cylindro Cereo excitemus Vim Electricam, plumulamque opponamus, hæc à Cera allicitur, mox repelletur, natatura in aëre, & à Cera per-

perget repellere; verum jam Tubus Vitreus Electricus ad aliquot pollicum distantiam à plumula ponatur, mox niectu oculi citius advolabit allecta plumula, quamobrem phænomenon simile est in quoque experimento, & aliter in idem corpus operatur Vis Electrica Vitrea, aliter Resinosa.

Sed alius Experimentis hæc Vis varia probanda adhuc erit: Suspendantur ex filis sericeis vel ex chordis intestinorum duo Vitrei Tubi, siccæ & Electrici, sibique paralleli, in situ horizontali, ut sint sustentacula Virgæ ferreæ iis imponendæ. circa Virgam pendeat filum liniæ, duos pedes longum vel longius, utroque extremo liberum, prope Virgæ extremum teneatur Tubus Vitreus Electricus, illico extremitates ambæ filorum se repellent, & à se recedent, durante hoc recessu alter Tubus Vitreus etiam Electricus non procul à filorum extremis teneatur, & ab hoc repellentur extrema, quippe Vis utriusque Tubi Vitrei est eadem; Verum loco secundi Tubi prope filorum extrema teneatur Cylindrus Cereus Electricus, extemplo ab hoc ambo extrema allicienter, nequaquam repellentur. Suspensis ut antea Virgæ ferreæ, & ambientibus filis, ad Virgæ extremum admovetur Cylindrus Cereus Electricus, nunc repellentur quoque à se filorum extrema, & si interea non procul ab extremitatibus filorum alter Cylindrus Cereus ponatur, & ab hoc secundo repellentur eadem extrema, verum si in eadem distantia loco Ceræ Tubus Vitreus habeatur, ad hunc allecta advolabunt filæ.

Duo Tubi Vitrei perficti & simul admoti extremo funis, qui horizontaliter tensus est, simul Vim Electricam suam funi tradunt, adeo ut unita amborum Tuborum Vis Electrica fortius majorive copiâ decurrat secundum funis longitudinem, quam si unus Tubus Electricus duntaxat funis extremo applicatus fuisset. Simile quid sit, cum duo Cylindri Ceræ Sigillatoriae perficti simul funis extremo admovantur: Verum perfictus & Electricus Tubus Vitreus & Cereus Cylindrus simul applicentur eidem funis extremitati, jam ita se destruunt ambæ hæ Viæ Electricæ, ut nulla Vis juxta funem decurrere observetur. Ex quibus manifesto liquet, Vim Electricam revera esse diversam, & proinde Nob. FAYUM non male distinctionem in physicam introduxit.

§. 13 Vis Electrica, tam Vitrea, quam Resinosa, transit per omne genus exploratorum corporum, sive rariorum, sive densiorum, sive aeris pleniorum, sive vacuorum; neque refert sive fuerint Electrica per se, sive non Electrica, sive fuerint ex regno Animali, Vegetabili, vel Fossili petita.

Aliquid de transitu Electricitatis in §. 2. monere cœ eram, ne vero quis miretur, me adeo confidenter affirere. Vim Electricam per omnia explorata libere tranare, cum Viri Experientissimi in oppositam sententiam locuti sint, atque tegmina rarissima, chartam, metalla, lignaque impedire Vim Electricam statuerint: in errorem ceciderunt ob perversam experimentorum methodum, si enim corpora suspendantur ex filis sericeis vel ex chordis intestinorum, aut imponantur patinis Myrrhinis, vasculisve Vitreis. Vim Electricam per omnia transire manifeste spectabimus: Corporibus vero impositis tabulæ ligneæ, aliisve similibus Vegetabilibus, Vim non transfire Electricam patebit, tum enim illico decurrit à corporibus in tabulam, sese recipit ad areae solum, per quod & corpora injacentia distribuitur, adeo ut transfire non impediatur, nisi quia ab aliis corporibus abripiatur: Verum cum corpora suspendantur ex filo sericeo vel ex chorda, quæ exiguam modo Virium copiam consumunt, reliquum Electricitatis in ea operatur libere, & permeat poras caulasque omnium corporum, allicitque alia levia quibus occurrit.

Ne autem quis objiciat, Vim Electricam forte non per corporum meatus perrepere, sed tantum juxta eorum superficies currere, atque ita exhibere Phænomena, ex quibus transitum Electricitatis concluseram; facile difficultati succurram, sententiamque veris observationibus corroborabo: WHEELERUS quinque recipientia Vitrea diversæ magnitudinis cepit, adeo ut minimum facile ambiri à majori & hoc iterum ab ampliori recipere posset usque ad quintum; in n in n. o & intimo suspendit filum lineum, album, quinque pollices longum, omnia recipientia imposuit Tabulæ Antliæ pneumaticæ, circumfudit Massam ex Cera & Terebinthina constantem, ut aëris externi ingressus impediretur, & Vitra quoque non Metallo, sed moli cereæ insisterent; tum, aëre ex recipientibus exhausto, Tubum Vitreum Electricum sursum deorsumque non procul ab extimo recipiente commovit, filumque in medio recipiente manifesta Motus & Vibrations signa edidit Nulli hic suspicio Electricitatis, secundum superficiem tantum currentis, formari potest, cum penetraverit in clausa recipientia ab exterioribus ad interiora. In loco autem Vacuo Vim Electricam perficere, notaverat quondam BOYLEUS, in *Tract. de Origine Variar. porticul. qualitat.*, cum Vegetam Succini particulam frictione Electricam, incluserat recipienti, eductoque aëre, Succinum leve corpusculum aliquisq[ue] & sublevasse in Vacuo vidi Nonnulla experientia, ab Hauksbejo primum instituta, idem probant.

Vidi

Vidi longum, sed exigui diametri, recipiens circumponi circa plumulam subalarem tenuissimo bacillo alligatam, atque latera recipiens calefacti trita manu Electricitatem excitasfe, qua plumulæ omnes partes erigebantur, & ad latera undiquaque alliciebantur, tum vero Tubus Vitreus Electricus ad 6. pollicum distantiam à recipiente secundum ejus longitudinem motus effecit, ut plumule in recipiente Tubum secutæ fuerint, ejusque motum, adeo ut tum quoque manifesto intra recipiens, & aëris plenum, Vis Electrica se receperit.

§. 14. GRAYO incessit desiderium explorandi, an Vis Electrica ad aliquod ab Electrico Corpore intervallum dirigi, & quidem quoque, & quem ad modum posset. Veluti levis scintilla magnum incendium sœpe suscitavit, ita quoque hæc investigatio plurimorum diversimorum experimentorum, quorum unum alteri ansam dedit, fuit causa: primo funiculum circa Vitreum Tubum ligaverat Physicus, alterumque extremum gerebat eburneum globum, Tubo perficto observabatur Electricitas decurrentis circa funem perpendiculariter pendentem, usque ad globum, qui Electricus sic per Communicationem factus, alliciebat fila pendula, bracteas metallicas & leves plumulas. Funem produxit Philosophus, adscendensque ædium supremam contignationem, cum voluptate vidit, Vim Electricam juxta funem ad 40. pedum longitudinem à Tubo deorsum cucurrisse & corpuscula commovisse. Deinde, cum opportunitas in majoribus altitudinibus experimentum promovendi negabatur, investigandum duxit, an Electricitas quoque non dirigeretur secundum funem horizontaliter tensum, atque ab aliis funiculis sustentatum; irrita fuerunt prima tentamina, ecquis enim suspicari posset, magnum arcanum hic latere in fulcris & sustentaculis? latet id tamen, latentia naturæ mystra feliciter pro sua perspicientia eruebat Vir inclitus; quippe ut succedant experimenta, & ad longissimum usque intervallum Electricitas exporrigitur, capienda sunt sustentacula siccissima, purissima, ex filis sericeis, vel chordis intestinorum, quamvis & valcent omnia valde per se Electrica, ut Siccissimi mnndissimique Tubi Vitrei & Ceræ Sigillatoria Cylindri sive bacilli notante Fayo & Desaguliero; præfero tamen chordas intestinorum. Hujusmodi fulcris sustentus funis cannabinus, insolatus, madefactus aquâ purâ, Electricam Vim tam Tubi Vitrei, quam Cylindri cerei, ad centenorum pedum distantiam deducit, nam Nob. FAYUS, qui funem 1256 pedes longum sumserat, non dubitavit, quin ad multo majorem longitudinem Vis Electrica prohibe posset. Longitudo igitur huc usque est indeterminata, pendebitque à magnitudine Caulæ Electricæ & Virtutis hujus generositate,

tum ab atmosphære aëreæ puritate & siccitate, ac forte ab aliis ad-huc circumstantiis. En quarem usus docuit rationem esse habendam; cum funis capit pro experimento novus, hic à restiarii manibus quodammodo sudore illitus, non facilem Electricitati concedit juxta se viam, insolatus ideo funis omni sudore orbatus purusque est præstantissimus; si autem interea, dum præparatur tentamen, manu sudante attingatur, ineptus fit, nisi trahatur per linteum mundum aquâ sincerâ humectatum, atque ita sudore abluatur. Quanta perspicientia in Electricis experimentis opus est? Sustentacula debent esse talia corpora, quæ sunt sicissima, tum quæ facile & valde Electrica fieri possunt, sive calecant, fricentur, pulsentur, vel alio quo-cunque modo agitantur, quemadmodum 25 experimentis diversis clar DESAGULIERIUS eleganter probavit in Phil. Frans. No. 454. & simul evicit aliis 20 experimentis, sustentacula, quæ ope nullius operationis Electrica fieri possunt, progressum Virtutis electricæ impidire, &c ideo inter *Quæstiones* sapienter proponit, an non sustentacula funis, quæ effluvia Electrica non impidiunt, sint talia, quæ, postquam aliquam Electricitatis vim imbibenterunt, eâ subito saturantur, nihil plus absorbent, sed reliquam partem libere, profluere permittant? nam Vis Electrica utrimque à flave ad chordas sustinentes non decurrat ultra intervallum 2, pollicum. Qualis autem est fabrica horum corporum, quæ tam cito Vi Electrica saturantur? Expediri hoc à Philosophis unquam posse despero, cum corporum & partium minimarum et constituentium fabricam prorsus ignoramus. Imo inter *Quæstiones* aliam pro folita sagacitate proposuit Vir Inlytus, cum sustentacula sumuntur ex vegetabilibus, metallis, aliisque corporibus, quæ Vim Electricam ulterius decurrere, quam ubi funis sustinetur, impidiunt, an hoc non evenit, quia ejusmodi sustentacula nunquam Viribus Electricis sunt saturata, sed ea continuo recipiunt, proximisque corporibus contiguis transmittunt, modo hæc sint ejusdem constitutionis, & iterum contigua aliis similibus corporibus, quæ Vim Electricam impidirent: Simulac enim sustentacula terminantur in corporibus Vim Electricam transmittentibus, quæs tunt chordæ, tum Vis Electrica libere secundum sustentacula metallica procurrat.

Quoniam igitur nonnulla corpora tam facile Vi Electrica implentur, nequaquam circa hæc ad magnum intervallum provehitur Electricitas, & ideo non observatur protendi Vis Tubi Vitrei Electrici circa chordas siccas, vel Siccos Tubos Vitreos, sericum, ceram sigillatoriam ad longitudinem trium quatuorve pollicum, cælo scilicet

ficissimo, cum haec ipsa Vis circa funem ad indeterminatam distan-  
tiam procurrat. Sed si Tubi Vitrei humectati fuerint aqua, Vim  
Electricam ad majorem longitudinem provehunt teste *Desagulierio*.  
Atque hinc didicimus, corpora per se Electrica, non vel parcissime  
Vim ab alio corpore per se Electrico recipere, nisi alterutrum redu-  
catur in statum non Electrico similem, quod adhuc madore fieri  
potest, hinc humida in Tuberum efflata anima cum deserenda Elec-  
tricitati idoneum facit: Electricum per se jam madore factum non  
Electricum, fieri igitur potest Electricum per communicationem.  
Imo & illa corpora, in quibus pigra modo vis, & quidem post  
magna molimina suscitari potest, considerari possunt ut non Electrica,  
cum in experimentis se simili modo gerant, nec sistant  
Vim Electricam, sed eam liberrime juxta se profluere patientur.  
Quantum Electrica per se impedianc procurrere Vim Electricam,  
liquido patet, si extremitati funis bacillum ceræ sigillatoriae alligave-  
ris, tum enim bacillus non recipit Vim, imo ne quidem levissima  
bractea attolleatur, que vehementer commovetur, si eburneus globus  
loco ceræ extremitati funis adnexus fuerit.

Quoniam physica duntaxat per inductionem promoveri potest, ex-  
plorandum erat, quem in modum Vis Electrica circa alia corpora  
procurreret; loco funis, itaque capti fuerunt lignei bacilli longi, se-  
cundum longitudinem protensi, seque extremis tangentes, arundines  
deinde aliquot simili modo tractum longum formantes: Tum fi-  
la sumta sunt longissima cuprea, ferrea aliaque ex metallis parata,  
circa quaæ Electricitas vitrei Tubi, pari pacto quam circa funiculum  
procurrit. Imo si fonticulus artificialis ex chordis musicis fusi enda-  
tur, tumque aperto epistomio aquæ jactus expellatur quacunque di-  
rectione, & prope fontem Tubus Vitreus tenetur, totus jactus eva-  
dit Electricus, & quacunque sui parte filum lineum allicit, adeo  
ut non modo corpora firma, sed etiam fluida Electricitatem dirigere  
possint, veluti inclitus *D. SAGULI RIUS* invenit. Restat ut Vi-  
deamus, quomodo circa Animalia profluit: Suspensus itaque fuit ho-  
mino ex ferico, eam in formam, ac si horizontaliter in libero ære  
natare aut volitare vellent; Tubus Vitreus Electricus prope pedes ad-  
motus fuit, extemplo hominis manus caputque vehementer aliquen-  
tunt bracteas metallicas aut pendentia fila linea, pedes vero imbe-  
cillius trahebant: deinde Tubus Electricus capiti hominis admoveba-  
tur, tum pedes vehementer Electrici evalerunt; adeo ut juxta totum  
hominem Vis Electrica currat. Non acquiecerunt naturæ Ruspa-  
tores huic experimento: sed id extendere voluerunt sequenti modo:

Homo impositus fuit placentæ magnæ ex cera & colophonia paratæ, jussus est extendere bracchia, alteri bracchio admotus est Tubus Electricus, illico totus Homo evasit Electricus; deinde alter Homo in simili placenta stabat, distans 30 pedibus à primo, funiculus utrius datus fuit, quo inter se communicationem haberent ambo, & hic secundus illico evasit Electricus, vi procurrente juxta funiculum à primo ad secundum; tum similem placentam concedit homo tertius, etiam ad intervallum 30 pedibus à secundo, datoque funiculo tertio & secundo Homini, tertius evasit Electricus, tandem duodecim homines eodem positi super placentis resinosis fuerunt modo, & utlimus æque evasit Electricus ac primus, cui admovebatur Tubus: quoniam igitur in decursu Virtutis Electricæ per tot Homines discrimen non observabatur, non temere collegit D<sup>r</sup> SAGULIERIUS in 50. Hominibus hoc modo ordinatis positisque Vim Electricam observatum iri; quamobrem concludendum est, Vim Electricam ad magnum protendi possè intervallum, currendo circa corpora Vegetabilia, Fossilia & Animalia.

Dum Vis Electrica circa tunem & fila metallica decurrit, hæc ab omni parte ambit, speciem atmosphæræ format cylindricæ diametri pedalis. Hoc clare videri potest, si funis transierit per medium trochi, Vitreo Cylindro impositi, quippe totus trochus ab omni parte Electricus observatur, quo tempore funis Vim Electricam per totam suam longitudinem desert. Simulac Electricitas recta quâdam determinatione procurrere caput, eadem Viâ perget, quamvis non amplius à fune, utpote abrupto, dirigatur; quemadmodum Nob. D<sup>r</sup> FAYUS invenit, cum enim funem in variis locis descindebat, faciebatque ut funes aliquot orti sint, qui paucorum pollicum intervallum à se distabant, Vis Electrica transilii omnia intervalla, non secus ac si tunis integer fuisset, idem observatur in virgis ferreis suspensis & 2 vel 3 pollices à se remotis: Non autem transitio Electricitatis magna est, nam cum funes uno pede à se distant, difficulter Vis à fune ad funem transit, quaecunque transierit imbecillis observatur, præcipue tempestate humida, nam per amplius intervallum transilii Electricitas calo sudo quam udo. Veluti circa unum funem decurrit Vis Electrica, pari modo circa varios funes, in varias pretensos plagas, decurrit, tantum in origine conjuncti fuerint funes, neque refert, tensine funes fuerint horizontaliter, oblique sursum, deorsum, an perpendiculariter in altum, eadem libertate in omnes profluit directiones: Ideo si arborem ramosam ex chorda suspendamus in aëre, & prope truncum teneamus Tubum Electricum,

Vis

Vis Electrica Tubi per omnes distribuitur ramos, sique ad 30 pedum intervallum aliam arborem pari pacto suspendamus, ambasque arbores funiculo junxerimus, Electricitas per utramque arborem & omnes ramos diffunditur.

§. 15. Hucusque quædam phænomena Electricitatis descripsi, si omnia, quæ capta sunt, experimenta in Electricis, enumerare vellem, non exiguum implevissem volumen, & extra scopum vagatus fuissem. Restat ut quædam explicem probemque quid sit Vis Electrica.

Est hæc adeo subtilis, ut interdiu oculis videri nequeat, nihilo minus eam esse corpoream fluidamque concludo, quoniam proprietates corporum possidet: circa Tubum Vitreum perfrictum occupat spatum, interdum duorum vel trium pedum, atque in toto hoc spatio ab omni parte operatur: circa funem currens, occupat atmosphæræ specie spatum unius pedis quoad crassitatem, cum simul totam occupat longitudinem quam funis: Vis Electrica ergo spatum replet & extensa est.

2º. In tenebris lucet, quotiescumque enim in tenebris Tubum Vitreum vel Cylindrum ceræ sigillatoriæ fricemus, lux manifesto sequitur manum, ambitque tum Tubum tum Cylindrum. Si sphaera vitrea celerrime in gyrum vertatur, & manu teratur, dum Vim Electricam ostendit simul lucis scintillas projectas in corpora vicina, cum vero aëris intus est vacua, intus etiam Electrica magis quam extus est, & copiosissimâ luce impletur. Si digitum secundum longitudinem Tubi perfricti moveamus ad distantiam dimidiij pollicis, innumeræ scintillæ in diversis distantiis in digitum incurvant, iisque extinctis Electrica Vis sublata est; si scopas loco digitii adhibueris, omnibus setis scoparum scintilla adhærere conspicitur: cum Homo in filis tericeis libere in aëre pendet, ejusque pedibus Tubus Vitreus adinovetur, à quo Homo fit Electricus, tum, simulac alter digitum manumve prope faciem suspensi tenuerit, flammulæ species in digitum incurrit, & simul uterque Homo sentit puncturam: Si Homines steterint in placentis resinaceis, & ad quemlibet aliquis accesserit, ac si vultu manum cuius vis intueri vellet, videbit flammulam ex manu egredientem & puncturam sentiet, imo uterque simul spectare possuntflammam & puncturam experiri. Hæc omnia probant Vim Electricam esse lucentem, vel saltem cum luce conjunctam, cumque lux vel ignis plerumque arctissime adhærere soleat pabulo oleoso, imprimis si aliquantum perstat, nam sincerus ignis vel pura lux noctu oculi citius quoquaversus distributa evanescit, Vis Electrica

corporea erit, & si non ignea, forsitan oleosæ pinguisve naturæ potius, quam salinæ vel terreæ; atque ideo non perinde est à quibusnam corporibus fricentur Tubi vel Cylindri Electrici, cum manus vivi Hominis sit optima.

3º. Quando conspicitur igniculus, auditur simul crepitus, non secus quam si salis marini tenues crystallos igni injecissets; quicquid autem hujusmodi sonitum edit, necessario est corporeum.

4º. Imo percipere in dorsum manus, in faciem aliquid incurrens possumus, cum Tubum Vitreum vel Cylindrum Cereum perficitum non procul à manu facieve tenemus, nam oculos & palpebras feriunt ac si tenuissimis capillis strinxissets, imo & cilia & supercilia movent Vires Electricæ; non vero tactu aliquid distinguimus, quod corporeum non est, dum quicquid Spirituale est tactum effugit.

5º. Cum Resinæ suinuntur ad Electricitatem ostendendam, avolantes partes simul odore percipiuntur, quicquid vero olfacimus, id corporeum est.

6º. Movet Vis Electrica omnia levia corpora absque discriminé nunc alliciendo nunc abigendo, adhæret al quamdiu corporibus, ab iis avolat, ea penitus relinquendo, transit à corpore ad corpus; suscitatur calefactione & frictione valida, quæ omnia ostendunt Vim iterum esse corpoream, eamque constare ex tenuibus particulis, fluidam massam constituentibus & adeo subtilibus, ut, veluti ignis per omnium majorum corporum poros transit, sic & hanc per eosdem manare. uti constitit in §. 13., quamobrem non male Vis Electrica ex effluviis constare asseritur.

Cum his effluviis simul quidem adest ignis & Lux, sed an absque igne & luce non persistarent sola? an discrepant ab igne? an vero modo operari possunt simul cum igne & luce? hæc omnia nondum sunt in tanta claritatis luce posita, ut certo quid affirmare ausim, nam corpora tantum ignita & non perficta non sunt Electrica: Metalla calefacta & trita, quamvis alias particulæ expirent, odore facile distinguendas, non sunt Electrica. Si in Adamante frictione Electricitas suscitata fuerit, luceatque in tenebris, hic humectatus Vi Electrica orbatur, duin tamen æque diu lucere pergit, quam si humectatus non fuisset: adeo ut cum prudentissimo DU FAYO concludam, lucem tritu excitatam non tam arête cum Vi Electrica conjungi, quin Lux superstes esse posset destiuctâ Vi Electricâ: tum autem Effuvia Electrica forent aliquid à Luce diversum, quacum tamen plerumque conjuguntur, nam nunquam Vidi Electricitatem, nisi simul ignis calore corporibus adfuerit.

§. 16. Sed an Electricitas omnibus iis corporibus, quæ *Electrica per se* vocavimus, semper omniq[ue] tempore inest, an vero ad ea accedit, cum calescant & fricantur, & prorsus deinde avolat cessante calore & frictione? Sunt qui stant pro sententia, Vim Electricam semper corporibus hisce inesse, sed eam esse adeo exilem & imbecillum, ut sensuum nostrorum ope detegi nequeat, nec edat effectus in corpora sensibiles, verum eam in motu agitari frictione, tamque in corpora sensibiles nobis effectus edere. Suspicionem hanc non quidem contemno, sed inter demonstrata non depono, quomodo enim convincar Vim Electricam semper corporibus inesse, quando nullum Phænomenon ab ea edi conspicio? An, cum ferrum ignitione candefactum urit multa quæ attingit corpora, concludere tuto possem, eundem ignem antea quoque fuisse in ferro, sed non agitatum, cum nullum signum combustionis actionisve alterius edit? An vero probabilius colligerem, aliunde quoque ad hoc ferrum accessisse ignem, quo impletum nunc candet? hoc mihi videtur, atqui eodem modo Electricitas ad corpora accedere potuisset, in quibus antea nihil illius Virtutis fuisset; potuissent frictione tenuissimæ quædam partes corporis solvi aliquantum à reliqua cohærente mole, agitari à motu vibratorio, quo inter fricandum totius corporis partes agitantur, præcipue accidente simul igne, & forte quibusdam aliis latentibus in atmosphæra partibus: hic profecto tantam invenio naturæ obscuritatem, ut, quo me vertam, nesciam. Non me quidem latet aliquos Philosophos statuisse, omnia corpora semper à quadam atmosphæra corporea ambiri, imo sunt, qui id in dubium non revocant, verum tantæ temeritatis reus esse nolo, nam nullum datur argumentum pro hac sententia universaliter adstruenda, etiamsi non negaverim quædam corpora ab atmosphæra specie circumdari, veluti sunt Animalia Viva, plantæ viventes olentesque, omnia olentia alia, quæ subtilissimas partes ex se exspirent, in auras distribuendas &c. Sed yellem, ut evinceretur hoc in reliquis corporibus locum habere, nam sola assertio nequaquam est demonstratio, vel firmum aliquod fundamentum ratiocinii; non autem Vis Attrahens, ex omni corpore emanans, ejusmodi atmosphæram corpoream probat, quid enim sit hujusmodi Vis attrahens, est inter maxime ignota ponenda, quemadmodum ejus Inventores candide profituntur.

§. 17. Effuvia Electrica ex corporibus per se Electricis fricatisque igitur avolant, redeuntque, dum avolant repellunt ea, quæ movent, corpuscula, & ideo nigrae fuliginis levissimas Glebulas tanto impetu projiciunt in chartam, ut impetus clare audiri possit; cum effuvia redeunt, secum abripiunt, mobilia, eaque Tubo vel Cylindro Ce-

reo admovent, admota iterum excutiunt, excussa repellunt, quæ, ocurrentia aliis cum his Vim suam communicant, & denuo afficiuntur: Inordinato motu hac effluvia evolare & advolare ex motu, quo exiles bracteæ aureæ, tum fuliginis glebulæ agitantur, colligi potest, quippe nunc corpuscula secundum Tubi longitudinem moventur in exili ab eo distantia, nunc in modum Vorticis ab omni parte circa Tubum in rotundum celerrime agit nur ad intervallum unius plurimæ pollicum, tandem Tubo applicantur, applicata manent, non nulla excutiuntur, adeo ut effluvia verò similiter in vorticis modum in ejusmodi occasionibus agitantur.

Quid vero efficit, ut Effluvia, quæ avolant, redeant? An aér hæc repellit? Aut an aér est corpus valde per se Electricum & semper in statu vigentis Electrica is, quod effluviis Electricis decursum liberum non concedit per se? sed veluti Electrica ejusdem speciei se repellunt, an sic Effluvia Electricorum Corporum non repellent? Hæc sententia primâ fronte mihi non parum arrisit, verum illico difficultatem prævidebam, attendens ad liberrimum effluviorum cursum circa funem longissimum, atmosphæræ pedalem constituentium, quod si enim aér in illo casu resistat excursui effluviorum, cur non in altero? præterea cuiusnam Electricitatis particeps erit aér, an Vitrea, an Resinosa? si Vitrea, tum effluvia Tubi Vitrei repellentur ab eo, allicantur autem effluvia Resinosa; quod non sit, nam æque repelluntur effluvia Resinosa ab aëre, quam Vitrea, idcirco, si aëri Electricitas adscribetur, utraque simul ei attribuenda foret, tam Vitrea, quam Resinosa, vel quædam tertia species, binas priores repellens; cum vero nondum in præsentibus tenebris demonstrata hæc sit, stationi ipse non indulgebo, quamobrem, expedire me rem non posse, fateri malo. Nihilominus aërem Effluvia Electrica repellere ex aliis experimentis constat; si enim Tubus Vitreus ita fabrefactus fuerit, ut ex eo antilæ pneumaticæ beneficio exauriri aér possit, & exhaustus servari, tum, licet Vi magna fricuerimus Tubum, efficere non valemus, ut hic extrinsecus Vim Electricam exerceat, quin omnis ea Vis ab aëre externo prematur introrsum, quippe in Tubi cavo Vis omnis collecta adhaeret, & acriter operatur in plumulas, fila, aliaque prius immissa corpora; simul ac autem aërem in Tubum admiserimus, Vis Electrica extrinsecus spectatur, & Tubus, quamvis non tritus, à solo interno aëre Vim veluti accepisse videtur, Vim non accepit, sed quæ antea introrsum pulsâ erat nunc per externam internamque Tubi superficiem æqualiter distribuitur, uti Hauksbejano experimento invenimus. fuit.

§. 18. Interim Coronidis loco adjungam, Effluvia Electrica non semper pari celeritate procurrere, sed hanc multum pendere à vehementiori vel languidiori frictione & calore, quo Tubus Vitreus vel Cylindrus Cereus agitati fuerint: Novi enim, Effluvia Vitrea funem 74. pedes longum fuisse emensa eadē matutinā intra tempus 8, 10, vel 12 Minutorum Secundorum; Verum Effluvia Resinosa multo celerius procurrerunt semper, eandemque longitudinem procurrent tempore +. cum dimidio tum 6. Minutorum Secundorum. Funis duplo brevior ab Effluviis Resinosis nunc uno nunc duobus Minutis Secundis percurrebat, sed à Vitreis Effluviis duntaxat in tribus Minutis Secundis.

Effluvia Resinosa vehementius quoque operantur quam Vitrea, contrarium quidem à Viris Eruditissimis assertum fuit, verum cum Nemo huc usque tam vastos bacilos ex Cera Sigillatoria conficit, & Vitreis Tubis pares, conclusiones accuratae deduci non potuerunt, quales nobis licuit.

Imo Effluvia Resinosa in majora operantur intervalla quam Vitrea: Verum in Themate nullus finis foret, si omnia, quæ recensissime instituta vidi, describerem, quamobrem huic Dissertationi impono

## F I N E M.

# C O R O L L A R I A.

I.

*Corpora actu in infinitum posse dividi demonstratum non est,  
hinc Divisibilitatem corporis esse attributum nondum pone-  
re licet.*

II.

*Hinc verosimile videtur dari particulas minimas, indivisi-  
bles, quas *Atomos* Philosophi vocant.*

III.

*Dari spatum omni corpore vacuum, extensum, indivisible,  
immobile, infinitæ amplitudinis, in quo omnia corpora sunt  
posita ac moventur affirmamus, id tamen non esse Deum.*

IV.

*Omnibus Corporibus Systematis planetarii competit gravitas,  
quæ vero illius sit causa ignoramus.*

V.

*Cohæsio Corporum à Vi quadam attrahente, non à Vi exter-  
na premente pendet.*

VI.

*Fluidi partes in perpetuo motu esse positas negamus.*

VII.

*Ignis est corpus subtilissimum, omnium majorum corporum poros  
intrans, eaque plerumque, si in notabili detur copia, extendens.*

VIII.

VIII.

*Lux & ignis sunt corpus unum idemque.*

IX.

*Aer est Fluidum invisibile, intactile, grave, elasticum,  
pellucidum, ad vitam Animalium & vegetationem plantarum  
necessarium, vehiculumque soni.*

X.

*Dari Deum ex Physica demonstrari potest.*

XI.

*Homo constat duabus partibus, mente & corpore conjunctis,  
quaes inter se penitus discrepant.*

XII.

*Quomodo autem, & quo in loco haec substantiae secum sunt  
conjunctae ignoramus.*

XIII.

*Mentem in Corpus & Corpus in Mentem agere experientia  
quotidie probat; licet invictis argumentis, quomodo haec  
mutua operatio peragatur, demonstrari nequeat.*

XIV.

*Mentem esse immaterialem, a Deo creatam, immortalem;  
affirmamus.*

XV.

*Eique soli competere Memoriam statuimus.*

XVI.

*Sensus nos fallere negamus.*

XIV

apud hunc puerum ducat et val

XV

et quod de ceteris a tribus iugis. Vnde postea ad eum  
adueniuntur formidans res ipsa non tantum  
in se summae est. sed etiam in nos

hunc puerum ducat et val

XVI

et quod de ceteris a tribus iugis. Vnde postea ad eum  
adueniuntur formidans res ipsa non tantum  
in se summae est. sed etiam in nos

hunc puerum ducat et val et hunc puerum  
adueniuntur formidans res ipsa non tantum  
in se summae est. sed etiam in nos

XVII

et quod de ceteris a tribus iugis. Vnde postea ad eum  
adueniuntur formidans res ipsa non tantum

hunc puerum ducat et val

XVIII

et quod de ceteris a tribus iugis. Vnde postea ad eum

adueniuntur formidans res ipsa non tantum



